



Assertiones juridicae inauguralis de remediis possessoriis in genere & in specie de remediis adipiscendae possessionis

<https://hdl.handle.net/1874/342451>

14.

ADSSERTIONES JURIDICÆ
INAUGURALIS,
DE

Remediis possessoriis in genere & in specie
de Remediis adipiscendæ possessionis,

Q U A S,

FAVENTE DEO TER OPT. MAX.

Auctoritate Magnifici D. Rectoris,

JOANNIS GEORGII GRAEVII

Politices, Eloquentiae & Historiarum Professo-
ris Ordinarii.

*Amplissimi Senatus Academicī consensu, Nobilissimaque
Facultatis FURIDICÆ Decreto,*

Pro summis in UTRIQUE JURE honoribus Privilegiis
doctoralibus ritè & legitimè consequendis,

Eruditorum examini subjicit

MATTHIAS WILHELMUS KYLMAN, Dusseldorpensis.

A. D. 8. Julii, horis locoque solitis.



TRAJECTI ad RHENUM,

Ex Officinâ FRANCISCI HALMA, Academice
Typographi, clc Icc xc.

АДАЕТАЯ СЛУЖБА
СОЛДАТСКАЯ И ПОЛЕВАЯ

Речи о полковом солдате в походе
о Ревизии артиллерийской и пехотной

Службы в армии и на флоте

Иоанн Георгий Краух

Политех. Практическое и Политическое

издание для военных, гражданских

и других служб

Санкт-Петербургъ 1812 г. в типографии
А. С. Смирнова

Составлено въ соответствии съ
Политико-правовыми и Политическими

изданиями въ Европѣ и Америкѣ



ЧИТАТЬ

Однажды въ Италии, Академии
издѣлъ, въ склонѣ

ADSSERTIONES JURIDICAE
DE
REMEDIIS POSSESSORIIS,
Proœmium.

Quisquis vel a limine Judicia salutavit verissimum illud Justiniani Imperatoris nostri in §. 4. Inst. de interd. haud quaquam inficiari poterit, de Remediis possessoriis materiam in foro, Judiciis & tribunalibus frequentissimam esse, nec mirum: cum enim ad ea quæ frugi sunt semper humana natura aspirare satagat, propter maximum commodum possessionis, quod illa secum afferit: difficillimus namque probationum aliarumque molestiis sese implicare possidens necesse non habet, sed hoc onus in adversarium secum transfert l. 14. ff. de probat. l. 4. C. de edend. ipsique satis est si possideat l. 1. §. 6. ff. uti possidetis, nemo non tali comodo uti annitur sibique illud competere vel afferit, vel ut nancisci possit, sumopere intendit, Quamobrem penitus in animum recipiens illud Pauli in l. 25. in prin. ff. de liberat. legato operam mihi lusisse non videor, dum de remediis possessoriis materiam in præsentiarum pro ingenii modulo propono, placidæque disquisitioni subjicio. In nomine & ductu salvatoris nostri Jesu Christi ad hunc actum disputatorium absque longiori verborum ambage cum Imper: Nostro Justin. præf. in proœmio Inst. feliciter progrediens l. 2. C. de off. præf. præt. afri.

THESES I.



T ne illotis manibus ut ita loquar cum
Jcto Caio int. 1. ff. de orig. juris ad mate-
riæ hujus tractationem accessisse videar ab
origine Remediorum possessorum ex-
ordior. Introducta vero sunt Remedia
possessoria vel jure civili in genere ita sum-
pto, ita ut etiam jus prætorium in se com-
prehendat arg. §. 7. Inst. de jur. natur.
gent. & civil. vel jure canonico. Prætor
enim cum videret jus civile in specie sic dictum minis angustum
esse æquitate ita suadente juris civilis hac in parte adjuvar di vel
supplendi gratia Remedia possessoria plura introduxit tot. tit. ff. de
interd.

I I.

Cum vero Remedia possessoria plerumque præatoria interdicta
vocari soleant: hinc ante omnia interdicti nominis cognitionem
pro varia ipsius dispositione variam aggredior, & propriè quidem
vocabulum interdictum prohibere vetare significat. Hic vero 1.
sumitur in abstracto & tum eo continentur non solum decreta
sed etiam edicta §. 1. Inst. b. t. l. 1. §. 7. ff. de novi operis nuntiatione
2. in concreto pro Remedio possessorio, quod inter duos litiga-
tores prætor introducit & in hac significatione ab edicto differt,
tanquam effectus a causa, quia ex edicto reddebatur interdictum
tanquam alia actio præatoria Bachov. ad Treut. vol. 2. disp. 25. thes.
1. litt. B. & C. Hoc sensu duplenter accipitur 1. strictè pro inter-
dicto inhibitorio tantum, ut olim secundum dictum §. 1. vers.
sunt tamen I. h. 2. latè pro quolibet Remedio possessorio. Prætor enim
in plerisque interdictis utitur verbis prohibitivis. *Ut vim fieri*
vero, Ne vis fiat ei qui in possessionem missus: et si jubere aliquan-
do soleat, verba tamen illa vim prohibitionis habent Matt. We-
senb. in parat. ff. de interd. num. 3. hoc modo variè a ictis deri-
vatur

vatur ab aliis enim ab interdicendo *arg. l. 1. ff. de pub.* quibusdam cum Imperat. Justin. *in §. 1. in fine Inst. b.t.* quod inter duos dicantur, a reliquis quod interdicta ad interim dicantur quæ ultima sane derivatio quamvis potius allusio rem & naturam interdictorum optimè exprimit: cum toti negotio per interdicta finis non imponitur. sed ut plurimum, alia quæstio de proprietate alio Judicio terminanda superest.

III.

Ut vero de antiqua interdictorum solennitate nonnulla referam. Sciendum est quod interdicta olim erant jussa seu præcepta prætoris certis formulis constantia maximè de possessione vel quasi *prin.* *Inst. b.t. l. 24. de Rei vind.* qualis formula erat unde tu illum vi dejecisti eo restituas. Differebantque jure veteri interdictum & actio ex interdicto. Prætor enim imploratus alteri vocato primum per certam verborum formulam ipse interdicebat, illudque interdicti nomine veniebat: quod si vero ejusmodi interdicto vel præcepto jussus non obtemperaverat, prætor via executiva vel manu militari contra contumacem utebatur, vel civilius ex causa interdicti actionem ordinariam dabat *l. 1. §. 4. ff. uti possidetis l. 3. ne vis fiat ei qui in posse missus.* Quæ nihil aliud erat quam actio in factum, qua agebatur de possessione vel tuenda vel recuperanda vel acqui-renda: salva tamen quæstione de ipsius rei proprietate. Plura si quis de antiqua interdictorum processu scire appetat vid. Pet. Frid. *in Tract. de Interd. comm. 17.*

IV.

Sublati vero formulis, earumque impetracionibus a tempore Constantini Magni *tit. de formulis & impetrat. sublati* revera hodiè interdictis non agimus, sed potius actione ad exemplum interdicti conceptâ, vel ex causâ ejusdem redditâ *d. §. ult. Inst. de interd.* quam tamen hodie in libello exprimere necesse non est: sed sufficit factum ipsum exponere & simpliciter rei veritatem nar-

re congrua petitione subjecta per cap. dilecti 6. de Judi. Gail. 1. obs.
61. in prin. Joh. Schneid. in §. omnium n. III. Inst. de action.

V.

Hicce consideratis ad definitionem interdictorum me conseruo. Cum vero rem definire in jure periculoso l. 202. ff. de a. R. j. placet aliqualem descriptionem potius quam perfectam & exactam definitionem adferre. Interdicta itaque nihil aliud sunt, quam actiones prætoriae de possessione vel quasi. Competentes actiones esse patet ex l. fin. C. b. t. dicuntur prætoriae ratione originis & introductionis prim. Inst. b. t. §. 3. j. de actio. Per verba illa de possessione vel quasi competentes indigitatur objectum: quamvis enim non omnia sint ex jure possessionis, sed quædam interdicta proprietatis causam contineant, tamen sunt omnia de possessione objective. Eorum varia enumerantur. Quod datur ei cui princeps promisit ducere aquam ex castello in fundum suum l. 1. §. 38. & fin. de aq. quot. & ast. 2. de itinere actuque privato l. 3. §. 13. ff. de itinere atque privato. 3. quæ de locis sacris & religiosis competent l. 2. §. 2. ff. h. t. 4. de liberis hominibus exhibendis. Item causæ Regalium, Jurisdictionum Rerum Ecclesiasticarum, Beneficiorum, præbendarum V. Frederico Mind. de interd. comm. 21. n. 4. & sqq. in quibus causis ita comparatum ut possessio, nisi quasi possessionis jure probato restituatur ad. II. & 61. §. 38. de aq. quot. & ast. neque etiam viam ad aliud judicium petitorum nempe præparant l. 1. §. ult. ff. de aqua quot. asti.

VI.

Definitionem subsequitur distributio. Interdicta variè diversis respectibus in l. 1. & 2. ff. b. t. a Ictis Ulp. & Paul. dividuntur, quibus interpres varias & multas addidere interdictorum divisiones ita ut Fred. d. tract. comm. 7. earum 30. recenseat, quas ut longius petitas & hanc materiam magis intricatam, quam expeditam reddentes, brevitatis studio supersedeo sufficient illa. 1. a causa efficiente, in Realia

Realia quæ oriuntur ex jure in re uti est possessio, quæ est remedium uti possidetis, & personalia quæ ex jure ad rem & delicto descendunt unde interdictum unde vi l. 1. §. fin. b. t. l. 2. ff. uti possidetis Bachov. ad Treut. vol. 2. disp. 28. thes. 1. lit. verb. actiones intellige reales divisionem hanc impugnant Herm. vult. ad princ. Inst. b. t. Wesenb. ad ff. de interd. n. 7. Treut. vol. 2. disp. 28. thes. 1. litt. C. realia tantum, alii ut Donell. 15. Commen. 37. Cujac. l. 5. obs. 12. personalia tantum existimantes, quos pulchrè refutat & ad contraria eorum argumenta Respondebat Hahn. ad Wesenb. in ff. comm. 1. dissert. II. n. 3. verb. actiones extraordinarios. 2. ab objecto & in universum: omnia interdicta dantur de rebus quæ vel sunt divini vel humani juris l. 1. ff. b. t. Prioris generis interdictum est ne quid in loco sacro fiat: sacrorum autem appellatione etiam loca sancta, in lata tamen significatione veniunt, ut muri & portæ civitatis l. 2. & 3. ff. cod. Res humani juris iterum sunt duplices, vel enim sunt nullius ut liberi homines de quibus exhibendis & deducendis edicta competunt. in l. 43. ff. tit. 29. 30. vel sunt alicujus. hæ sunt aut publicæ, aut singulorum l. 1. ff. b. de bonis publicis dantur interdicta, de locis, viis, fluminibus publicis tit. 8. ff. usq. ad 16. quæ autem singulorum sunt aut ad res universales pertinent, ut interdictum quorum bonorum l. ult. C. de edict. D. Adri. Toll. aut ad singulas res privatorum, uti est interdictum uti possidetis, unde vi, & de itinere actus l. 1. prin. ff. b. t. 3. A modo & forma interdicendi, aut prohibitoria sunt, aut restitutoria, aut exhibitoria §. 1. inst. b. aut mixta §. 1. ff. b. Ratione personarum litigantium quædam sunt simplicia in quibus persona actoris & rei potest distingui, & duplia, in quibus utriusque litigatoris par conditio est, nec quisquam præcise reus vel actor intelligitur: ille tamen habetur pro actore, qui primus provocavit arg. l. 13. ff. de jud. Ratione temporis dividuntur in annalia & perpetua l. 1. §. fin. b. t. Illa dicuntur quæ intra annum utilem locum habent, ex quo cæ perunt petere, eaque descendunt ex delicto, uti interdictum unde vi l. 4. ff. b. t. l. 15. §. 4. ff. quod vi aut clam l. 1. §. 39. ff. de vi & vi armat. Hæc sunt, quæ per 20 vel 30 annos durant. Brun. ad l. 1. b. §. 4. Ab effectu, sive fine sunt inter dicta vel adipiscendæ, vel retinendæ, vel recuperandæ possessionis, quam viam in specie hic paulo fusius tractare instituimus.

VII.

Interdictum autem adipiscendæ possessionis nihil aliud est quam interdictum quod ad acquirendam earum rerum possessionem, quas antea non habuimus comparatum est §. 3. f. de interd. & l. 2. ff. adipis. f. ead. hoc est de possessione hæreditatis vel rerum aliquo crediti jure nobis obligatarum adipiscenda, de hæreditate vel tota vel ejus parte. De tota aliud est remedium prætorium, ut quorum bonorum, aliud civile ex l. fin. Cod. de Edict. D. Adri. toll. De parte est interdictum quod legatorum. De credito duplex est vel generale ex l. 13. Cod. de pign. & hypot. vel speciale interdictum Salvianum. De detensione est interdictum ne vis fiat ei qui in poss. mis. De quibus ordine agemus.

V I I I.

Primo autem loco inter interdicta apprehendendæ possessionis se offert interdictum. Quorum bonorum, estque remedium prætorium, quo bonorum possessor aduersus quemvis pro hærede vel pro possessore possidentem ad adipiscendam bonorum hæreditariorum possessionem experitur l. 1. ff. & §. 3. inst. de interd. Directum datur bonorum possessori tam edictali, cui citra causæ cognitionem de plano bonorum possessio data est l. ult. C. qui admitt. ad bonorum posses. §. ult. Inst. de poss. quam decretali, cui scilicet præcedente causæ cognitione adeoque pro tribunal ea decreta est l. 1. §. 7. ff. de success. Edict. treut. vol 2. disp. 25. thes. 1. lit. G. Utile hæredibus ex jure civilij tam ab intestato quam ex testamento, cum conceptio formulæ d. l. 1. ff. quo bono: generalis sit gloss. & Dd. communiter in d. l. 1. Menoch. de adipiscenda posses. cui repugnat Frid. Mind. d. tract. tit. 16. n. 29. in intestati successione locum tantum habere putans hoc interdictum, ex ea ratione quod hæredibus ex testamento Remed. ex l. fin. C. de edict. d. Adri. toll. speciale competit. Ex asse sive ex certa portione, aut re certa instituti sint nihil refert arg. rot. tit. si pars hæred. petatur & l. 10. C. form. Emil. modo sic posteriores cohæredem ex certa portione non habeant, alias sunt legatariorum loco l. 13. C. de hered. inst. Hahn. ad Wesen. part. I. dissert. II. n. 2. Da-

INAUGURALIS.

5

etur etiam substitutis arg. l. 4. §. 4. de pupil & vulg. substit. Sed an suo hæredi competat doctores inter se dissentirent, inter quos affirmantium opinioni cum Gail. l. 2. obs. 229. ad stipulamur per l. 23. prip. 30. ff. 5. ff. de acquirenda vel amis posseff. nam cum suus hæres possessionem rerum hæreditiarum absque peine non acqueri l. fin. l. de edit. Divi Adri. toll. & possessio in facto consistit l. 2. ff. de argu. possessione, ideoque nova actuali apprehensione opus habet interdictum, illo maxime utile erit ac necessarium, Gail. l. 2. obs. 129. & obs. 152. n. 3. 4. 5. 9. filio quoque & agnato ad successionem feudi ab intestato venienti l. 2. feud. 26. Wesen. in pacat. interd. n. 8. atque sic etiam Imperii ordinibus pro possessione regionum jure successio- nis obtainenda. Rosent. de feudis. l. 12. con. 12. num. 32. imo illis qui exspectativam in feudo, postquam illud fuit apertum, consecuti & abusive investiti sunt, adminimum suis datur imploratio officii Prætorique Menoch. remed. 6. adipis. poss. num. 34.

IX.

Datur adversus quemvis pro hærede vel pro possessore possiden- tem: pro hærede autem possidere dicitur is, qui se hæredem esse pu- tat, cum tamen non sit, vel se non esse scit, mala tamen fide se hære- dem esse pronunciat l. 11. ff. de hered. petit. §. 3. Inst. de interd. Pro possessore possidet, qui nullo jure possidet, Sciens rem hæreditariam ad se non pertinere, interrogatus & cur possideat, responsurus est quia possideo d. l. 11. §. 1. l. 12. l. 13. ff. hered. peti. Juris quoque interpretatione pro possessore possidere intelligitur, qui dolo possi- dere desit l. 13. §. 14. ff. de hered. petit. l. 27. §. 3. de rei vindicat. l. 1. ff. quorum bonorum & contra eum ad interesse restituendum agi po- test. Mæv. part. 5. decif. 93. n. 4. ex dictis apparet contra illos ti- tulo singulari & bona fide rem aliquam possidentes hoc interdi- ctum sive directum sive utile non dari l. 1. ubi Gloss. & Dd. ff. quo- rum bonorum. Attamen si post mortem ejus de cuius hæreditatis a- git talem titulum acquisiverit, in præjudicium hæreditatis ab eo qui alienare non potuit utile illi interdictum, contra illum competit. arg. l. 13. §. 10. ff. de heredit. peti. Frid. Mind. de interd. comm.

B

tit.

ADSSERTIONES JURIDICÆ

tit. 16. n. 57. & 58. neque contra debitores hæreditarios l. 2. ff. b. t. cum jura ad rem sive personalia, neque vere neque quasi possideantur. dissentit Frider. Mind. utile interdictum adversus debitoris hæreditarios competere existimans sepe d. tractat.

X.

Objectum hujus interdicti indigitant ultima supra datæ definitio-
nis verba, ad adipiscendam bonorum hæreditariorum possessionem.
Bonorum autem hæreditariorum nomine hic veniunt res omnes
corporales a defuncto tempore mortis possessæ l. 1. ff. b. t. l. 2. Cod. eod.
Res autem incorporales uti jura incorporalia, si sint personalia ab hinc
protinus arcentur, si realia in hoc interdictum veniunt arg. l. 8. §.
5. ff. si servit, vindicetur arg. l. si quando ced. unde vi non quidem per
se, cum sui natura tangi non possint §. 2. inst. de rebus corporal. & non
possideantur l. 3. prin. de acqui. posse. sed per consequentiam & quate-
nus rebus corporalibus adhærent. v. Mcnoch. remed. i. quaf. 21. &
22. n. 83. tam res in universum, quam una in particulari peti potest.
Hæc enim ex jure agentis quatenus nimiram res singularis jure hæ-
reditatis petitur pro universalis habetur §. 3. Inst. de interd. tot. tit. si
pars hereditatis petatur.

XI.

Magnam hoc interdictum affinitatem habet cum hæreditatis pe-
titione: in his tamen differunt i. quod hæc persequatur quoque jus
hæreditarium, quod itidem apud debitores est l. 13. Illud ve-
ro possessorium arg. l. 1. b. t. Hujus finis est ut agens hæres
declaretur & res hæreditariae restituantur l. 10. §. 1. ff. de hered.
petit. Illius ut possessio transferatur: ob supradictam affinitatem
cum hæreditatis petitione præscribitur jure quidem civili 30 annis
arg. l. 3. C. de 30 vel 40. annorum præscrip. Jure autem can. huic non
ita facilè præscribitur per can. fin. x. de præscrip. c. 5. x. de præscripte.
nisi ille qui se hæredem bona fide putavit. Exceptio domini tum
demum in hoc judicio possessorio objici potest si in continentि
probatur

probatur. At si altiorem indaginem requirat exceptio talis ad petitum judicium rejicienda erit. Wefenb. in art. ff. b. t. Menoch. remed. I. n. 103. eeq. Summarium enim hoc est judicium & omnibus frustrationibus & dilationibus amputatis restitutio auctori confessim facienda. p. l. ult. C. b. t.

XII.

Nunc ad famigerabile illud remedium civile ex Const. Imperat. Justin: in l. fin. C. de edict. Divi Adriani tollendo transgrediamur. Est autem condicō, qua hæres testamento scriptus, vel scripti hæres illud nullo visibili vitio laborans, producens & missione pos-
tulans in possessionem omnium rerum hæreditiarum, quæ tem-
pore mortis testatoris fuerunt, mittitur a judice summatim causam
cognoscente sive habeat contradic̄torem, sive non d. l. fin. verf. fin.
autem d. t. nisi hic sit legitimus, qualis est qui jam antea possidet
& titulum suæ possessionis allegat. Menoch. Remed. 4. n. 565. item
citati & venientes ab intestato, si sint in possessione, idem Menoch.
d. Remed. n. 463. & qui in continentि de jure dominii docere po-
test. d. Remed. n. 75.

XIII.

Ex supra data descriptione patet non ab intestato heredi. Men. Rem.
4. n. 64. sed ex testamento tantum competere hoc interdictum, sive
ex alse sive ex parte instituto d. l. fin. C. b. t. qui eo ipso quod judici
testamentum quo hæres institutus est, ostendit & præsentat perso-
nam suam, satis legitimavit: illaque ostensio plenam ac perfectam facit
probationem Menoch. Remed. adip. 4. n. 51. 446. in fin. & 694. Mev.
parte prim. decis. 98. hæredis quoque hæres hoc Remedio uti potest
qui etiam verus hæres est testatoris l. ult. Cod. de hæred. inst. l. 194. ff.
de R. f. sive hic ex testamento sive ab intestato succedat nihil re-
fert Menoch. d. Remed. 4. n. 242. & seqq. si primus ex intestato suc-
cessit, & secundus ex testamento succedat, hic hoc Remedio uti non
poterit Achil. Pers. sing. Tr. ad. b. l. n. 179. fidei Commissarius uni-

versalis, cui verbis restitutio facta est Cothm. vol. 5. Consil. 4. n. 275. substitutus dummodo primo loco institutus defecerit. l. hæreditis appellatio. l. sciendum ff. de v. s. Menoch. d. Remed. n. 206.

XIV.

Requiritur autem ut in substantiali testamenti parte uti est institutio hæreditis subscriptio & sub-signatio & testium nihil sit cancellatum aut expunctum. secus est si aliquid rasum vel abolitum suis circa accidentalia v. g. legata & sit vitium invisibile, cuiusmodi est falsum in officiosum testamentum aut injustum, nisi objectum in continent probari possit l. 3. §. 13. ff. ad exhib. & l. 13. §. 3. ad senatus Conf. Tertul. Quod ipsum relinquendum arbitrio judicis arg. l. in fraudem 45. §. 10. vers. cuius rei. ff. de jure fisci. 2. Apud judicem competentem missio petatur necesse est. Qui hic est judex territorii sub quo res hæreditariae de quarum possessione agitur sitae sunt. 1. C. ab de posse. agi oportet. 3. Hæres scriptus in possessionem rerum hæreditiarum, quæ testatoris mortis tempore fuerunt, mittatur. d. l. fin. in verbis in possess. earum rerum quæ moris tempore fuerunt. Sive sint res corporales sive incorporales, mobiles sive immobiles, Res testatori commodatae ac deposita Sichard. ad. l. 2. n. ult. in feudalibus locum quoque habet hoc Remedium: si itaque filia hæres instituta sit in possessionem rerum feudalium, quæ a patre possidebantur, mittenda erit etiamsi agnati contradicant, illamque feudorum incapacem esse obijciant Hart. Pist. l. 4. quest. 10. n. 6. & seqq. nisi non solum ex tenore investituræ de agnatorum jure constet, sed etiam hi in possessione feudi constituti sint, vel si incontinenti probari possit ad solos masculos feudum pertineri d. Pist. d. l. n. 24. DD. hanc legem ult. extendunt, primo ad eos qui sunt hæredes instituti in Codicillis. 2. ad hæredes testamento nuncupativo restitutos rite per notarium in scripturam redacto. 3 ad testamentum judiciale minus solemne Menoch. Remed. q. n. 91. Carpz. lib. 6. Resp. Juris. 2. Resp. 20. n. 2.

XV.

XV.

Ordo nunc postulat ut dictis quædam de Remediis, tam prætorio quam civili, quibus possessionem totius hæreditatis adipisci-
mur. Quædam de interdicto pro parte hæreditatis competente inser-
imus, vocaturus illud quod legatorum, quo constituitur, que quod
quis legatorum nomine non voluntate hæredis acceperit, id resti-
tuat hæredi l. i. §. 1. ff. quod legator. Aequissimum enim visum est,
unumquemque non sibi ipsi jus dicere, occupatis legatis, sed hæc
ex manu hæredis accipere d. l. i. §. 1. & 2. & quamvis cætera inter-
dicta adipiscendæ possessionis inter actiones reales referantur, cum
autem hoc ex quasi delicto originem habeat potius ad personales
referendum erit, quæ tamen in rem scripta, quæ datur adversus ter-
tium etiam possessorem l. i. §. 13. ff. b. Datur hæredi vel bono-
rum possessori sive ex testamento sive ab intestato l. i. §. 3. & 11. &
l. un. C. b. t. illis directum, his utile tantum. d. l. i. §. 3. ibi propter
arbitratorem Menoch. Remed. adipis. 2. n. 13. Fidei commissario uni-
versali l. sicut §. 1. ff. quibus modis pugnus vel hypo. fol. contra lega-
tariorum, qui legatorum nomine quod non ex voluntate hæredum
occuparunt l. §. 11. 14. 15. ut & fideicommissarios tam particu-
lares quam universales propter generalitatem. l. un. C. cod. cui repu-
gnat Perez. in C. b. t. n. 6. d. l. ad fideicommissarium singularem re-
stringens, quin & contra eum qui officio judicis consecutus est pos-
sessionem arg. l. i. C. Comm. de leg. & contra eum qui possidet pro-
legato l. i. §. 4. b. t. contra successores quoque singulares pl. i. §. 10.
§ 13. b. t. M enoch. Remed. 2. quest. 21. an contra Donatarios mor-
tis causa detur inter doctores non convenit negativam sustinet Zoes.
ad dig. b. t. n. ult. Menoch. Remed. 2. n. 80. Wesenb. in paret. n. 7.
sed affirmativa verior est per §. 1 f. de donat. l. 18. ff. de donat. mort.
cans. arg. l. 16. ff. & l. pen. C. ad l. fal. detractio enim falcidiæ quæ
est fundamentum interdicti, in donatione mortis causa quoque lo-
cum habet nisi a defuncto jam tum donatario res fuerit tradita.

ADSSERTIONES JURIDICÆ

X V I.

Si dubitetur an quis pro legato vel pro herende vel possessore posse deat, hoc interdictum cum hæreditatis petitione est jungendum. *I. i. §. 4. b. t.* cum protestatione nos velle ex alterutra consequi quod nobis debetur. Quotiescumque enim ex facto, incertum quæ actio teneat. Nos duas possimus proponere actiones cum protestatione velle ex alterutra consequi, quod nobis debetur. *Cor. b. vol. 3. ref. 4. num. 33.* petitur hoc interdicto ut possessio rei legatae hæredi restituatur. Si vero legatarius restituere nolit in id quod interest damnatur & quidem ante hæreditatem aditam ab hærede possessam. *I. i. §. 2. I. 2. §. 2. ff. b. t.* mitius enim cum legatariis ipso jure rei legatae Dominis agitur. Quod si rem legatam ab hærede occupatam substraxerint, aut per vim abstulerint, jus legati omnino amittunt. *I. 5. C. de leg.* & tanquam reliqui violenti creditoris puniuntur. *arg. I. 13. ff. quod metus I. 7. c. unde causa.* In eum vero possessio hæredi conceditur, ut recuperata illa & exhausta legatis hæreditate quartam ex *I. 1. ff. sal.* vel fideicommissarius quartam trebellianam retinere sibi possent. *d. I. i. §. 5. b. d. I. un. C. eod. I. pen. I. ad leg. sal.* & extra causam falcidiæ ob quodcumque hæredis interesse. *Mand. tit. 17. n. 21.* contra dd. communiter. Hæres hoc interdicto usurpus debet prius satisfidare, quod velit legatario rem restituere, si æs alienum sit solutum & ipse quartam hæreditatis acceperit. *I. i. §. 16. 17. b. t. 2.* si vero hæres vel bonorum possessor nolit cavere rejicitur ab usu interdicti. Cautio illa potest frui pignoribus & fidejussoribus. *I. §. 9. & 15. b.* si fidejussores desinunt esse solvendo, legatarius petere potest, ut in bona hæreditaria immitatur. *I. i. §. 7. & 16. ff. b.*

X V I I.

Exposuimus quæ de hæreditate vel tota, vel cuius parte competunt interdicta. Nunc ad illa quæ de credito, inter quæ duo tantum occurront, unum generale ex const. Imperat. Severini & Antonini in *I. 3. C. de pig. & hyp.* aliud speciale quod appellatur salvianum. Generale est, quo creditores non redditia sibi pecunia possessionem

sessionem rei ex Conventione propria authoritate adipiscuntur, & add. pactum executivum vocatur. Alias regulariter nemini licet contra conventionis legem vel magistratus iussum rem sibi obligatam propria authoritate occupare per l. 13. ff. quod merus causa si quis enim armis hoc facere attentaverit l. Jul. de vi pub. tenetur l. 3. §. 6. ff. ad l. Jul. de vi pub. si absque armis pena est dignitatis amissio, & tertiae partis bonorum publicatio l. 1. in prin. ff. ad leg. Jul. de vi prov. & haec ita sunt intelligenda, ut hic contra non excludat magistratus autoritatem d. l. 3. ubi autoritate praesidii C. b. sed potius, cautior securiorque aut actor implorando officium Judicis et si non necessarium juxta l. si pupillorum §. 1. ff. de rebus eorum ubi Glosso.

X V I I I.

Speciale est interdictum salvianum quod: succurrit Domino fundi ad consequendam possessionem rerum coloni propensione sibi per expressam conventionem pignori obligatarum l. 1. C. de precasto & salviano interd. ff. 3. in fin. Inst. de interd. ad hoc autem interdictum fundandum requiritur ut bona illata a colono in predium rusticum expresse oppignorentur pro annua mercede, & haec colonus possideat, non vero tertius l. 1. ff. b. l. 1. Cod. eod. directum datur locatori prædii rustici l. 1. ff. de salv. interd. §. 3. Inst. de interd. contra colonum tam eum, qui nummis colit, quam partiarium Mcnoch. remed. 3. num. 83. & seqq. Perez. in cod. h. t. n. 15. utile vero datur locatori prædii urbani contra inquilinum pro rebus inventis & illatis l. 1. C. b. & creditoribus, qui vel expressam vel tacitam habent hypothecam extra causam locationis per l. 1. ibi debitor tuus ea que tibi obnoxia sunt & ibi conductorem debitorumve C. h. t. non datur adversus tertium possessorum, nisi a colono causam habeat, qui nec exceptione excussionis uti poterit cum illa sit altioris indaginis & possessoria Judicia sint summaria. Ideoque illa ad petitiorum remittenda erit arg. l. fin. C. de acq. possess. datur autem adversus inquilinum inquilini, quia ejus res illatae pro pensione tacite oppignerantur l. II. §. 15. ff. de pig. act. licet adversus colonum coloni

coloni non competit. Ratio hujus est, quod ejus res priori locatori non obligentur *l. 24. §. 1. ff. locat. cond.* magnam cum hoc interdicto affinitatem habet actio serviana: in sequentibus tamen differunt i. quod illud merè est possessorum remedium paratæ executionis. Hæc est petitorii & ordinarii Judicij Menoch. *remed. 3. num. 8.* 2. in illo sufficit probare possessionem debitoris tempore obligationis, non admissa exceptione, dominii, in hac rem pignoris causa inductam fuisse in bonis debitoris *l. 15. ff. 1. ff. de pignoribus.* Hæc adversus tertium possessorem extenditur *§. 7. f. de aet. se-
cūs illa Ex dictis appetat*, longè utilius esse illo quam hac experiri Menoch. *remed. 3. num. 7.*

X I X.

Relat illud, quod de detentione est remedium, scilicet Ne vis fiat illi, qui in possessionem missus. Quod, quia ad adipiscendæ retinendæ & recuperandæ possessionis remedia referri potest *l. 1. §. 2. b.* ideoque quodam de hoc breviter referemus. Datur enim ei qui non fuit admissus in possessionem, & ita inducendus vel manu militari, vel beneficio edicti *d. l. 1. §. 1. & 3. ff. ne vis fiat ei qui in possess. missus est l. 3. prin. eod.* etiam dejecto a possessione competit *d. l. 1. §. 3. b.t.* turbatis quoque prodest, eo quod prætor omnino eos qui in possessionem missi sunt interdicto hoc velit succurre perinde autem ex qua causa immissio facta modo illa causa non sit nulla. Nec falsa vel in totum vel ex parte quia decretum judicis est individuum Brun. *ad l. 1. n. 11. hoc tit.* ad id datur quanti interest actoris vim factam non esse vel missum in possessione tutum & quietum fuisse *l. 1. §. 5. C. fin. §. 2. ff. b.t.* & potest actor rem principalem petere licet interesse ab alio acceperit arg. *D. l. 1. §. 5. b.* competit hæc actio etiam statim a die prohibitionis Oldendorff. *Class. act. 5. n. 8.* & est annua *l. 1. §. 8.* ex causa legatorum vero & fidei commissorum perpetua est & in hæredem datur *l. 1. §. fin. b.* datur ei qui in possessionem missus est. *D. l. 1. §. 2. b.t.* & ejus hæredibus & aliis successoribus *d. l. 1. §. fin. b.t.* adversus omnes qui vel suo vel alieno nomine prohibent ne quis immisus possessionem con-sequi

sequi possit, vel cum turbent & ejciant l. 2. §. 1. b. l. 1. §. 3. eod.
etiam contra pupillum si tutor turbavit & est solvendo l. 1. §. 6.
hoc sit. & patrem si filius ejus jussu hoc fecerit l. 1. §. 7. b. Hæ-
redibus datur non vero contra hæredes nisi in id quod ad eos per-
venit. l. ult. §. 1. b. & l. 1. §. 8. eod.

X X.

Ultimum quod ad adipiscendam possessionem datur remedium
nunc aggredimur illudque ut supra thes. 7. dictum datur ex
officio judicis nobili hæredi, qui possessionem hæreditatis vacan-
tis magistratus autoritate adipiscitur. De quo vide Meno-
chium per totum *Remed. adipis.* 6. Solent quoque ex hodierna
consuetudine & praxi: Si possessio vacans est plerumque nota-
rius & testes in ejus apprehensione adhiberi & superea quomodo
& quibus solennitatibus facta sit instrumenta confidere, quibus ju-
dicialiter productis possessio comprobatur *vide elud. Tr. rerum*
quotidianarum. C. 6. n. 98. & hoc peracto solent adhuc petere man-
datum manutentia quod nihil aliud est quam imploratio offi-
ciij judicis ut apprehendens in sua possessione confirmetur.

* Errata. In titulo omittatur inauguralis. T. 1. l. 1. 10. pro minis legi nimis T. 2. l. 1. 15. pro vero;
vero. T. 3. l. 6. pro alteri, altero. ead. l. pen. pro antiqua, antiquo. T. 5. l. 17. pro Friderico,
Fridericum. T. 6. l. pen. pro viam, primam T. 7. l. pen. pro detentione detinente T. 8. l. 6.
pro possessori possessori ead. l. 18. pro sic, hi ead. l. 25. pro pene acquiri, possessio non ac-
quirit. ead. l. 29. pro interdictum, illo interdictum illi. ead. l. pen. pro suis, his. &c l. ult. pro
pratorique, Judicis T. 9. l. 15. pro agit tales, agitur reus tales. T. 11. l. 10. pro domini, do-
mini. ead. l. 14. pro nior, num: Th. 13. l. 10. pro ex, ab T. 14. l. 3. pro suis, sit T. 15. l. 4.
pro vocaturus vocaturque. ead. l. 11. pro quæ datur, quia datur. ead. l. 17. pro quod, quid.
T. 16. pro creditoris, creditores. T. 16. l. 15. pro vero possessio, vero finem possessio ead. l. 17.
pro trebellianam trebellianicam. ead. l. 18. pro possit, possit. ead. l. 19. pro Man. Min. l. 23.
pro frui, fieri l. ult. pro immiratur, immittatur, T. 17. l. 1. pro cuius, ejus. l. pen. pro aut,
erit. T. 19. pro cum, eum. reliqua propter pagine penuria benevolo lectori committuntur.

COROLLARIA.

I.

Quamvis dubium sit an possessoria acquirendæ & recuperande possessionis cum petitorio jure civili cumulentur l.i. C. de appellat. tamen de jure canonico & hodierna praxi hæc cumulatio admittitur.

II.

Causa possessorii prior, posterior petitorii est ad eoque hoc ordine inverso adversarius appellare potest.

III.

Solo petitorio instituto Judex possessorio judicare nequit licet de illo constet ex actis.

IV.

Solo possessorio instituto Judex de proprietate judicare non potest licet ex actis de justa petitorii causa constet.

V.

Possessorium præpetitorio eligere consultius censetur.

VI.

Petitorium si clarum est absorbet possessorium.

F I N I S.